due q̄litates diuerse simul ꝯiūgunt. iu dicat de illis simul ꝯiūctis ſm qualitatē q̄ ꝑualet. l. q̄rit hermafrodit⁹. ff. de statu ho. ⁊ arg. eoꝝ q̄ no. Bart. ⁊ doc. in. l. aristo. ff. de do. ſ; iste due q̄litates. s. ꝯtra ciuitatis ⁊ ꝯtra suburbij ꝯiūgunt. q: est vna ⁊ eadē ꝯtra int⁹ ⁊ extra ergo iudicādū est ſm ea q̄ est in ciuitate. q: illa ꝑualet tanq̄ maior ⁊ potentior, vt dixi. Itē q: statutū loquens in simplicib⁹ nō h; locū in mixtis de iuris rigore. vt. l. si ita scriptū. ff. de lib. ⁊ posthu. ⁊ ibi ꝑ doc. ⁊ no. ꝑ Bar. ⁊ doc. l. ij. §. j. ff. de ṽb. ob. ſ; statutū Uerone loq̄tur de simplicib⁹. s. de ꝯtris que sūt in subur. vt teneant de ꝯtratis q̄ sunt in ciuitate vt nō teneant vt pt; in eo saltē a ꝯtrio sensu. vel q: casus omissus intra ciuitatē h; ꝑ omisso ⁊ remanet in dispōne iuris cōis. l. si cū dote; in pzin. ff. sol. mat. ⁊. l. cōmodissime. ff. de lib. ⁊ posth. ⁊ cū sim. ¶ Ergo videt̄ ꝙ dictū statutū nō habeat locū in casu nostro nō simpli. in quo est vna tm̄ ꝯtra itra ciuitatē ⁊ in suburbijs. ¶ Et maxime hoc ꝑcedit in penalib⁹ i q̄b⁹ in dubio pars minor est accipiēda. l. si de interꝑtatiōe. ⁊. l. si ꝑses. ff. ð penis. ¶ Sed his nō obstātib⁹ ꝯriū teneo eē de iure veri⁹. ¶ Siue velim⁹ ꝯsiderare verba statuti. Siue ei⁹ mentē. ¶ Ma; ṽba statuti vident̄ esse clara ꝙ dicta vicinia cicui tenet̄. q̄m oia q̄ a statuto reqrunt̄ interuenerunt in casu nostro ¶ Primo em̄ statutū vult ꝙ dānum fuerit abscōse datū. ⁊ hoc est clarū et ꝑbatū est in ꝑcessu. ¶ Scd̄o ꝙ sit dānum datū circa ciuitatē Uerone i suburbijs q̄ ṽba circa ciuitatē significāt imediate post ciuitatē vt ꝑbat̄ in. l. rupilia polla. ff. de ꝯhē. emp. ¶ S; poterat esse dubiū inquātū extēderet̄. ex quo nō exprimunt̄ per ea q̄ hn̄r in. c. j. Romana ibi vel circa illā cū gl. de offi. ordi. lib. vj. vbi h̄r ꝙ etiā dictio circa relata ad locu; intelligit̄ diuersis modis ſm subiectam materiā. Et idō dicit ibi glo. ꝙ est arbitrariū. facit. l. j. §. j. de iure delib. ⁊. c. de causis. de of. dele. ¶ Et idō statutū declarauit quātum voluit cōtinere illud verbū circa q: addidit ṽbū in suburbijs. ⁊ sic vult ꝙ extēdat̄ inquātū se extēdūt suburbia. sed suburbia sunt ꝯtinentia edificia post muros ciuitatis. vt est tex. cū glo. in verbo cōtinētib⁹ in. l. ij. ff. de verbo. sig. ⁊ tex. cū glo. in. l. vt alphen⁹ eo. ti. ¶ Et pro hoc. c. si ciuitas de sen. excō. in. vj. ⁊ ego dixi in. l. ij. in pzin. in. x. q. ff. de verb. sig. Sed possent dubitari vsq; ad quē locū durēt suburbia. ⁊ est dicēdum ꝙ si cōsuetudine vel statuto siue vsu vulgari hoc apparet standū ē illi iterꝑtatiōi. j. dist. ꝯsuetudo ⁊ ex̄ ð spōs. c. ex literis. ¶ Sed si nō apparet de vsu vel ꝯsuetudie vl' statuto. tūc bōi viri arbitratu idest iudicis hoc terminat̄. d. l. j. §. j. de iure deli. ⁊. d. c. de causis de offi. deleg. ¶ Et ita tenet Joan. Calderin⁹ in suo tractatu de ecclesiastico interdicto in. x. col. quem ego sequor in. d. l. ij. in pzin. in. x. q. ff. de verbo. signifi. ¶ In casu autem nostro dicte domus que sunt in cleuo. vbi ē datum dānū sunt circa ciuitatē in suburbijs q: vsq; ad illas domos ⁊ loca durant continentie ciuitatis. vt pars etiā aduersa fatetur. ergo sunt in suburbijs ⁊ vsq; ad dicta loca durant suburbia ⁊ credo ꝙ in hoc non ꝯsistat difficultas huius. q. sed in alijs vt patet ex his que dixi supra pro parte contraria. ¶ Tertio statutum vult ꝙ contrata siue vicinia illius suburbij possit accusari. vt patet ibi ⁊ contrata siue vicinia illius suburbij accusata fuerit. que ṽba cū sint ꝑlata a statuto p̄ ṽbū siue ṽificant̄ alternatiue ⁊ copulatiue q̄n sunt plura facta ꝑut q̄litas facti euenerit vt no. Bar. i. l. si is q̄ ducēta. §. vtrū. ff. de re. du. p. l. j. C. de sicca. ⁊. l. j. de parricidijs. cū sim. Sicut ð; de iterdicto qð vi aut clā. ꝙ verificat̄ siue fiat vi siue clā. siue vi ⁊ clā. vt. l. si is q̄ in puteū. §. hoc interdictum. ff. qð vi ⁊ ibi Bar. hoc no. q̄ dicit ꝙ alternatiua legis verificat̄ in ꝑꝑrio significatu alternatiue. ⁊ etiā in significatu copulatiue. Sufficit em̄ si est factū vi tm̄ vel clā tm̄ vel si esset factū vi ⁊ cla;. ¶ Et ideo cum ꝯtrata ⁊ vicinia auese vt ps aduersa fatetur si illa esset datu; dā-

nũ teneret sine dubio. et vicinia posset et esse in suburbijs i totũ sȝ nõ ꝯta q̃ ẽ partim in ciuitate et partim ex̃ ciuitatem vt in casu nr̃o. qꝛ ꝯta sancti zenonis est partim intꝰ et partim ex̃ in dcõ cleue. Et vicinia cleui sit in totũ ex̃ in suburbijs. vt pars aduersa fatet suis exceptioibꝰ. dũ cõparet Antoniꝰ notis. de violis tanq̃ sindicꝰ ꝯte sancti zenonis et vicinie sancti zenonis itus et ex̃ vel vicinie cleui manuci mẽbri et loci particularis ipsius ꝯte sancti zenonis. Ideo illa vicinia teneẽ ex quo est in totũ in suburbijs. Et hoc vult dicere statutũ ibi ꝯta siue vicinia. vide licet vel siue ꝯta siue vicinia sit in suburbijs possit accusari. ¶ Quarto et vltimo statutũ dicit q̄ pcedat. et fiat ꝯ ipsum ꝯtam et viciniam ad emendatione dãni in oibꝰ. vt in statuto de dãnis datis q̃ verba videntur facere dubiũ. qꝛ loquũtur copulatiue videlȝ ꝯtam et viciniã. et sic vr̃ q̄ ista duo requirantur copulatiue. l. si heredi plures ff. de ꝯdi. inde. qꝛ lȝ sit verũ q̄ vicinia sit in suburbijs in totum vt dixi. et ꝯ eam pcedi possit tñ nõ est ꝯta in totũ ex̃ de suburbijs ergo nõ videẽ posse verificari illa copula etc. ¶ Sȝ certe aliꝰ ẽ sensus illius lr̃e. vult eñ q̄ si vtrũq̄ est i totum extra ciuitatẽ in suburbijs scilȝ ꝯta et vicinia. et tunc sine dubio teneẽ intelligiẽ et dictũ statutũ q̄ si sola vicinia est in totũ ex̃ ciuitatem in suburbijs illa sola teneaẽ. et illa copula et ponitur. et illa alternatiua. quia ista est natura copulatiue legalis. vt lege. j. et ibi per Bartolum. et doctores. ff. de his q̃ no. infami. et no. per Bar. et doc. i l. si is qui ducẽta. §. vtrũ. ff. de re. dub. et hoc pȝ in casu nr̃o maxime qꝛ si vult pcedẽti vbo. q̄ possit accusari alternatiue. vel ꝯta sola et vicinia sola qñ sunt i suburbijs in totum vt dixi. ergo verba sequentia statuti. lȝ loquaẽ copulatiue. tñ verificantur etiã in alternatiua vt sola vicinia q̃ ẽ extra ciuitatẽ possit ꝯdemnari p vba eñ pcedentia declaranẽ sequẽtia. l. si seruꝰ pluriũ. §. fi. ff. de leg. j. ¶ Et hunc puto esse verum sensum illiꝰ statuti. qꝛ in ciuitate Uerone reperiẽ qñq̄ ꝯta et vicinia simul q̃ sunt i totũ extra ciuitatẽ i suburbijs vt est ꝯta et vicinia aucse. qñq̄ reperiẽ sola vicinia ex̃ ciuitatẽ i suburbijs et ꝯta pti i ciuitate. pti circa ciuitatẽ. vt ẽ vicinia cleui q̃ ẽ i totũ ex̃. et ꝯta scti zenonis q̃ est intus et ex̃. sub q̃ ꝯta est dicta vicinia vt dr̃ in capitulis seu positionibꝰ partis aduerse. ¶ Et iõ statutũ velit q̄ in vtroq̄ casu. illi q̃ ꝯstãt in suburbijs tenerenẽ et in hoc est bene ꝯsiderandũ. qꝛ pfecto quãtum ad verba statuti illi de cleuo tenenẽ emẽdare damnum. ¶ Et sic non vr̃ esse opus intrare illã difficultatẽ. an sub simplicibus ꝯtineaẽ mixtũ. qꝛ statutũ loquiẽ expresse et in specie de vicinia q̃ est ex̃ muros ciuitatis. Sicut est in casu nostro. ¶ Preterea et si volumus intrare illã difficultatẽ. dico qd̃ et statutũ cõprehẽdit illos de cleuo. siue accipiamꝰ tanq̃ de vicinia cleui siue tanq̃ de ꝯta sancti zenonis qꝛ qñ duo simplicia q̃ sunt diuersi generis. et qualitatis cõiunguntẽ: ita tñ vt separari possint q̃tum ad qualitates statutũ i simplicibus hȝ locũ in mixtis. qñ nõ augeẽ effectus simpliciũ et in odiosis. vt pbaẽ in. l. si ita. ff. de iniusto testõ. et ita tenui in. l. ij. §. j. ff. de verb. obli. ¶ Sed i casu nostro statutũ loqtur de simplicibus vez. Et ꝯta q̃ est in totũ i suburbijs teneaẽ et q̃ in totũ intra muros ciuitatis nõ teneaẽ. vt. s. dixi mõ ista simplicia de ꝯta coniunguntẽ esse ꝯta q̃ pro parte est intra muros et p pte ex̃ in suburbijs. ergo de illo mixto dȝ iudicari sicut i simplici p illa pte q̃ est extra muros et q̃ est diuisibilis. et nõ augeẽ effectus simpliciũ. qꝛ si esset ꝯta simplr̃ sola in suburbijs codẽ mõ tenereẽ. ¶ Preterea hoc etiã pbaẽ sic qñ sunt plures species diuerse in qualitate. Et in vna psona cõcurrunt et respectu q̃litatis põt fieri i sensu diuiso. qꝛ pt̃ diuersis modis ꝯsiderari. fit ꝯsideratio diuersa fȝ diuersas q̃litates qñ in vnaquaq̄ est eadẽ rõ que erat in specie diuisa. vt pbatur notabiliter i. l. j. §. si ex parte. ff. de acqui. poss. coniuncto. §. veteres pcedenti. nam in. §. veteres diciẽ q̄ per

seruum hereditariū nō pōt heredi ac qri possessio.s3 per seruū legatū sic in §.si ex parte postu.dr ꝙ si est seruus plegatus heredi instituto ꝑ pte pōt acqrere heredi possessionē ꝑ parte co heredi ꝑ qua v3 legatū.l.legatū.j.ff. de le.j.qr eā partē h3 iure hereditario vt ibi.Sic dicēdū videtur in ꝓposito. ¶Ista species si ꝯta in ciuitate ꝛ ꝯta i suburbijs in vna tm̄ specie ꝯcurrunt. qr est vna ꝛ eadē ꝯta sancti zenonis i tus ꝛ ex̄ muros.ergo idem iudicandū est ꝑ ea parte.q̄ est intus sicut iudica ret de tota si tota esset intꝰ.ꝛ ꝑ ca par te q̄ est ex̄ d3 iudicari sicut iudicaret de ea q̄ esset in totum ex̄ .maxime cū sit eade ratiōe.facit.l.que de tota.ff. de rei ven. ¶Ulterius hoc etiā ꝓbari pōt ad idē qn̄ vna spēs ꝑticipat de di uersis qualitatibꝰ.iudicādum est fm̄ illas qualitates si diuidi possent.vt ꝓbatur in.d.§.si ex parte.s3 dicta ꝯta sancti zenonis participat de diuersis qualitatibꝰ.s.de vicinia que est intra ciuitatē.ꝛ de vicinia que est extra.er go iudicandum est de vicinia q̄ est s3 natura3 eorum q̄ sunt in suburbijs et nō fm naturā eoꝝ que sunt intra mu ros ciuitates.sed loca que sunt i sub urbijs tenenť vigore statuti.ergo ꝛc. ¶Ultimo ꝑ hac pte optime facit qđ notat Alb.de ro.in suo opere statuto rū i scđa pte.q.lxxviij.que incipit.Iā quero due cōitates antiquissimo tpe vbi dicit qđ si sunt due cōitates q̄ an tiquissimo tpe simul cōsueuerunt sol uere onera ꝯuenientia.ꝛ vnꝰ fuit de robatus in territorio vnius ipsarum villarum.ꝙ solū illa villa in q̄ est da tū damnū teneatur.Ex quo illi tm̄ po test culpa imputari.ex quo nulla culpa pōt alij imputari.l.ne quid.in pn̄.ff.de incen.rui.nauf. ¶Sed ita est in casu n̄ro.ꝙ statutū voluit existentes in sub urbijs teneri ad emendationem dam ni.ꝛ non illos q̄ sunt in ciuitate.qr illi de nocte nō potuerūt ex̄ custodire ex q̄ porte ciuitatis de sero claudunť.ꝛ sic statutū voluit punire illos q̄ potuerūt eē in culpa ꝛ nō illos q̄ sunt sine cul pa.ꝛ ꝑ hoc facit qđ idē in qōne septua gesimatertia et septuagesimasexta. vbi dicit ꝙ absentes ꝛ infantes ex quo non sunt in culpa nō tenentur.Et ide3 vult Bar.in.l.aut fcā.§.nonnunq̄.ff. de penis. ¶Nec pōt dici ꝙ ibi loquať in diuersis villis simul iūctis nos ꝟo loquimur d̄ vna tm̄ ꝯta q̄ est iūcta si mul intus ꝛ extra ciuitatē.qr rō q̄ mo uet albricū militat in casu n̄ro.s.vt cul pabiles teneanť.qr potuerūt custodirť alijs.ꝛ sic cum sit ea.rō d3 eē idē ius. ¶Un̄ ex his ꝯcludiť ꝙ siue ꝯsideretur statutū inquātū loqť de vicinia siue in quātū loquiť de ꝯta illi d cleuo teneť. ¶Nec obstante rōnes supra in ꝯtrariū adducte.Et primo dū dr ꝙ statutū pu nit ꝯta3.s3 dicti oēs d cleuo nō h̄nt ꝯ tā qr r̄ndeť duobꝰ modis.Primo teneť tur inquātū sunt i vicinia q̄ ē in subur bijs qr hoc statutu3 vult exp̄sse vt su pra dixi. ¶Scđo qr ēt teneť inq̄tum sunt in ꝯta q̄ est i suburbijs qr appel latiōe ꝯte venit ēt ps ꝯte q̄ est i subur bijs.ex quo in ea subest rō statuti scil3 custodie ꝛ negligētie.l.a titio.ff.de ꝟ. ob.ꝛ.l.illud.ff.ad.l.aql.ꝛ maxie qr ꝑul sio i toto ꝟificať ēt i eiꝰ pte.vt no.Bn. in.l.itē veniūt.§.aptanda.ff.de peti. here.ꝑ.l.q̄ de tota.ff.de rei ven. ¶Et qr pulsio facta in simplicibꝰ cōprehē dit mixti vt supra dixi. ¶Nec ob.du3 dixi ꝙ vicinia cleui est minima ps ꝯ te sancti zenonis q̄ est in ciuitate.er go d3 iudicari a nobiliori ꝛ potentiori per.l.cū in diuersis.ff.de relig.ꝛ sū.fu. ꝛ ꝑ.l.queritur hermafroditus.ff.de statu holum qr illa.l.cū in diuersis et illud quod est dictum.ꝯ ꝓcedit in his in quibus est vna ꝛ eade3 rō ꝛ oportet vnū tm̄ attendere.qr tunc attendimꝰ potentiore3 ꝛ nobilē. ¶Sed i casu n̄ro loqmur in his q̄bus est diuersa ratio. Iō diuersum ius censendu3 est dicta. l.illud.ꝛ.l.a titio cū simi. ¶Preterea statutum loquitur in vicinia existen. in suburbijs in q̄ sunt dicti homines de cleuo vt sepe dictū est. ¶Et simili ter respondetur ad.l.queritur herma froditus.ff.d statu hominum. ¶Nec ob.dū dixi ꝙ illi de cleuo sunt mēbra ꝯte sancti zenonis.ꝛ sic ciuitatis ꝛ re-

putant esse in ciuitate & in ei⁹ gremio
q: hoc nõ est huiuz.nã q̃tũ ad casuz nr̃z
que sunt in suburbijs.& statutum vult
& reputat q sint ex muros ciuitatis.q:
ipsi sunt in vicinia suburbij q̃ tenent
ad emendationẽ dãni.vt p3 ex pdictis.
¶ Nec ob.vltia rõ dñ dixi q statu.pe
nale loquit in simplicib⁹ nõ h3 locũ l
mixto q: immo locũ h3 vt.s.dixi.p.l.
sita.ff.de iniu.testa.vt plene dixi in
l.ij.§.i.ff.de vb.obl.¶ Preterea possu
mus dicere q h sum⁹ in materia sim
plicũ & mixti s3 simpliciũ tñ.q: statu
tũ vult etiã hoc simplici.vt vicinia q̃ ẽ
in suburbijs teneat.s3 dcã vicinia cle
ui est i suburbijs vt dixi g tenet.¶ Vñ
de ex his omnib⁹ concludo.d. Man
frinũ de madijs melius consuluisse.et
dictos homines de vicinia cleui de
manticho teneri ad emendationẽ di
cti damni.

¶ Si aliqs est condemnat⁹ ad stãdũ
in carcerib⁹.pp falsos testes ꝯ eũ con
ductos.& aufugit de eis qui ẽt postea
fuit condẽnatus pp contumaciam an
aliquo modo possit ei succurri.

Consi.xx.



IN christi noie ac in
uocata spiritussctĩ gra
tia. Quidam du3 esset
potestas cõdẽnauit ali
quos criali? q̃ nõ volen
tes pati hãc iustitiam
fecerunt insimul ꝯiurationẽ ꝯ dictuz
ptãtem hoc modo.q: accusauerũt ip3
crialiter de diuersis delictis & pbaue
rũt per aliquos testes pecunia corru
ptos.q̃ falsam deposuerũt ex quibus
pbationib⁹ dict⁹ dñs ptãs p magnifi
cos aduocatores cõis Venetiarũ fuit
intromissus.& acriter tormentatus. Ip
se tñ nunq̃ dcã delicta ꝯfessus est. Tã
dem ductus ad ꝯsilium illustrissimorũ
rogatorum fuit condemnatus ad stan
dum in carceribus & ad soluenduz cer
tam quantitatem pecunie & reuersus
ad carcerem postea per hostium reces
sit & in romandiolam iuit. Domini ad
uocatores intelligentes dictum discess
sum posuerunt partem in ꝯsilio roga
torum q si dictus potestas non redi
ret ad carceres infra octo dies rema
neret bãnit⁹ de terris & locis Illustris
simi ducalis dñij veneti. Et q: pote
stas nesciuit de dcõ pcepto remansit
bannitus iam sunt.xij.anni. Contigit
postea q accusatores in puncto mortis
manifestauerunt q cã se vindicandi
dedicta iustitia accusauerunt falso di
ctũ potestatẽ.& dederũt pecuniã testi
bus vt falsum testificarẽt ꝯ eũ. Itẽ q̃
dam de dictis testib⁹ ꝯfessi sunt palã
q seducti ab accusatoribus falsum te
stificati sunt. Aliq dicunt testimoniuz
deposuisse coacti supra querelis seu
accusationib⁹ parentũ suorũ. Aliq di
cunt q vn⁹ p alio testificat⁹ est ac ẽt
aliq super suis pprijs querelis exa
minati sunt & deposuerũt. Et hoc dr̃ es
se probatum per septez testes fide di
gnos. Et per alios ẽr pbari põt. ¶ Et
q: querela de dicta falsitate testium
porrecta est apud officium magnifico
rũ dñorum aduocatorũ cõis venetiarũ
per vxorẽ & filios dci potestatis.& dubi
tari forsitan quispiã posset An de iu
re potuerit dicta querela pduci.& an
possit super ea pcedi ꝯ dictã falsitatẽ
attento q dict⁹ potestas de carcerib⁹
exiuit postq̃ fuit condemnat⁹ anteq̃
ipleuisset tps cõdẽnationis in carce
ribus. Et ẽt q: citatus vt rediret ad
carceres non venit. Et ppea fuit ban
nitus de terris & locis dñij veneti. Et
non est dubium q q̃ocunq sit banni
tus dictus potestas põt per viam gra
tie peti remissio bãni & vnusq̃sq põt
illam petere. et si esset bãnito audien
tia denegata. vel per legẽ vel per sen
tentiã q: in talib⁹ nõ vr̃ audiẽtia de
negata vel p legẽ vel p snĩam vt hr̃ i
l.i.§.de.q̃ re.ff.de postu. et notat dñs
Nellus in tractatu suo bãnitorũ i ter
tia pte scbi tpis in.lxxvij.q. ¶ S3 est
dubiũ nunq̃d per viam iustitie possit
dicto ptãti ꝯdẽnato bãnito et absenti
de iure succurri & istud ẽ de q̃ qrit. Et
vr̃ dicẽdũ q nõ q: postq̃ fuit ꝯtumax
in nõ parẽdo snĩe de stãdo in carceri
bus.& in nõ redeũdo ad carceres iux

ta mādatū q̃ de iure nō debuit audiri. qꝛ ꝯ ꝯtumaces oīa iura clamāt. vt habetur in. l. ꝯtumacia. ff. de re iudica. ꝛ i l. creditoꝛ. §. iussus. ff. de appel. ꝛ i cle. j. de dolo, ꝛ ꝯtuma. cum sinī. ¶ Itē qꝛ ex quo fugit de carceribus vr̄ q̃ habeatur ꝓ confesso. vt. l. ad commētariē sem cum ibi no. C. de custodia reoꝝ ꝛ q̃ debeat puniri de delicto de quo fuerat accusatus. vt. l. i eoꝝ. ꝛ ibi ꝑ gl. ꝛ doc. ff. de custo. reoꝝ. ꝛ habeṫ in. l. j. ff. de effractoꝛib⁹. Et sic vr̄ q̃ lꝫ alias ꝯdēnatus ꝑꝑ falsos testes possit petere restōnē in integrū. vt. l. diu⁹. ff. de re iu. ꝛ. l. j. Et ꝑ totū. C. si ex falsis instr̄is tñ hoc casu tū ꝑꝑ fugā de carceribus tum ꝑꝑ ꝯtumaciam in non parendo snīe de stando in carcerib⁹. ꝛ in nō veniendo vr̄ q̃ audiri nō debeat. ¶ Ego aūt in ista q̄one qꝛ non vidi q̄uo procedatur in hac cā vt compreheudā omnes casus q̄ occurrere possent ꝓ veritatis declaratione puto distinguēduꝫ sic eē per plures casus. ¶ Aut iste potestas condemnatus vult ipse personaliter se defendere querelādo de dictis testibus falsis. vel eos accusando aut non vult se defendere personaliṫ sed per procuratorem. aut vroꝛ filij q̄ dicuntur cōparuisse veniunt tanq̄ ꝑsone cōiuncte dei ꝯdēnati aut ꝓ suo iure ꝛ interesse ad defendendā vel tuēdā innocētiā ꝯdēnati. aut ad informādū ꝛ instruendū iudicē vt de veritate īq̄rat. aut vroꝛ ꝛ filij principaliter veniūt tāq̄ extranei ad accusandū. d. testes tanq̄ falsarios. ¶ Pꝛio casu si potestas vellet venire ꝑsonaliṫ ad se defendendū. ꝛ certū est q̃ nō posset stāte banno. nisi ꝑ viā grē. qꝛ ꝯstq̄ est bannitus interdictū sibi est venire ad patriā. vt ꝯstat ex bāno. ac ēt de iure. qꝛ bānit⁹ ꝑdit ciuitatē vt. l. amissione. §. q̄ deficiūt. ff. ð capi. dimi. Et ibi no. et no. gl. in. §. relegati. insti. q̄bus modis in ꝑtē ꝑtātis soluiṫ. ꝛ no. in. l. j. C. de here. insti. ꝛ istud nō hꝫ dubitationeꝫ. ¶ Scðo casu si ꝑtās ꝑdict⁹ vellet se defendere ꝑ ꝓcuratorem ꝛ teneo q̃ nō posset. qꝛ cū sit ꝯdemnatus ad stādum in carceribus. Et sic ad penā corporis afflictiuā nō posset ꝑ ꝓcuratoꝛē se defēdere. vt no. i. l. pe. §. ad crimē. ff. ð publicis iudicijs. ꝛ in l. seruum quoq̄. §. publice. ff. de ꝓcur. ꝛ in. l. reos. C. de accu. ¶ Immo plus dico q̃ isto casu ēt si vellet principalr̄ ꝑ ꝓcuratoꝛē accusare dictos testes de falso. vel de eis q̄relam ꝓponere ad finē vt dictis testib⁹ de falso ꝯdēnatis in ꝯñiam absolueretur. non posset qꝛ sicut non pōt principalr̄ per procuratoꝛē se defender ita nec ēt isto casu. ꝛ ita tꝫ Bal. i. l. reos. C. ð accu. q̄ dicit q̃ vbi directe vel idirecte cognosciṫ de crīe. nō pōt ꝓcuratoꝛ interuenire alias sic. Et ita tꝫ ēt dñs Nellus in suo tractatu bānitoꝝ in tertia ꝑte tertij tempoꝛis. q. lxvij. q̄ dicit q̃ ēt ita seruaṫ. ¶ Tertio casu principali qñ vroꝛ ꝛ filij venirēt tanq̄ coniuncte ꝑsone pro dicto ꝑtāte ꝯdemnato ad finē vt absoluetur non possent eadem rōne. qꝛ sunt loco procuratoris. vt l. exigēdi. C. de procu. ꝛ. l. sꝫ ꝛ hę. ff. de ꝓcura. ¶ Quarto casu principali si veniunt pro iure ꝛ interesse. qꝛ vroꝛ ꝛ filij iuxta. l. j. ij. ꝛ. iij. ff. de libe. causa. Et vr̄ q̃ possit. ar. dictaꝝ legū. ꝛ ꝑ gl. in. l. seruū quoq̄. §. publice. ff. de ꝓcur. i ꝟbo dat ibi. sꝫ ꝓ scðo cū suasiter sit. ergo tñ ēt i hoc teneo ꝯtrū: qꝛ si ꝑncipalis nō potest. ergo nec etiaꝫ alius ꝓ interesse suo per rationes. quare prohibeṫ quis se defendere per procuratorem quando est abñs. habet locum etiā in casu isto ꝛ maxime ista ratio principalis q̃ si ferretur snīa absolutoꝛia in fauoꝛē testiū esset quātuꝫ ad ꝯdemnatū delusoꝛia quia non posset fieri executio ꝯ eum qui est abñs. vt no. i. d. §. publice. ꝛ i. l. reos. C. de accusa. ꝛ in. l. pe. §. ad crimē. ff. de publi. iudi. Et si aliṫ diceremus esset apta via malefactoꝛib⁹ nūq̄ se ꝑñtādi qꝛ se defēdērēt ꝑ idirectū ꝑ iteruētū ꝯiūctaꝝ ꝑsonaꝝ q̃ nō ē dōꝫ p. c. cū q̄d vna via de re. iu. li. vj. et ita ēt ſuaṫ. s. q̃ ꝯiūcte ꝑsone ēt ꝓ suo iteresse ꝓ ꝯdēnato vl̄ ꝯdēnādo nō admittuntur ad oñdēdam innocentiam condemnati vbi alius procuratoꝛ nō admittereṫ. ¶ Quinto casu ꝑncipali aut vroꝛ ꝛ filij nō veniūt ad defēdēdū

innocentiā ꝯdemnati ⁊ iudiciū in se su scipiendū. sed veniunt ad informandū iudicē de innocentia cōdemnati. ⁊ ad hoc vt iudex possit veritatē inquirere ⁊ falsitatē testiū si qua est punire. ⁊ in ꝯtriā ēt postea ꝯdemnatū absoluere iuxta iuris formā ⁊ isto mō bñ pñt cō- parere. ⁊ iudices vt sunt magnifici ad uocatores debent ipsos audire etiā si essent extranei ⁊ ꝑ veritate inquirere. sꝫ maxime vxorē ⁊ liberos. vt probat in l. iij. ff. de liberali cā. Ibi duꝫ dicit ibi vel vxorē pretorē adire ⁊ hoc iudicare ⁊c. Et ibi hoc no. d. benedictus de plū bino. Facit qđ no. ꝑ Bar. ⁊ doc. l. l. pe. §. ad crimē. ff. de publi. iudi. ⁊ suadet ēt eqtas ne delicta falsitatꝫ remaneāt impunita. vt. l. ita, vulneratus. ff. ad l. aqui. ⁊. c. vt fame ex̄ de sen. excō. Et ēt ne innocentia feriatur vt. l. absitem in prin. ff. de penis cum simi. ¶ Et ita alias vidi obseruari. qñ aliqs est inq- situs de aliq̄ crie capitali ⁊ nō vult cō parere personalr nec per procuratorē pōt facere ꝙ vnus cōpareat ēt extra- neus. ⁊ dicat dñe iudex examineris ta les testes qm̄ intelligeris innocentiā inquisiti vel condemnati ⁊ iudex pōt ex officio hoc facere ꝑ. l. ⁊ si nō defen- dantur. ff. de penis. ¶ Et eodē mō di- co ꝙ ēt si nulla querela ꝓposita esset apud offm̄ de dictis testibus si tamen perueniret ad aures magnificoꝝ dño rum aduocatorū ēt ex̄ iudiciū de dcā falsitate possent ex offō suo nemie pe tente ⁊ ēt tenerent inquirere de veritate ne delicta vt dixi remaneant impuni ta. ⁊ ne innocētia feriat per dictā. l. ⁊ si non defendant. ff. de penis. Et qꝛ offm̄ est iudicis seu presidis purgare prouī ciaꝫ malis hominibus. vt. l. preses. ff. de officio presidis. ¶ Sexto ⁊ vltimo casu principali. Si dicti vxor ⁊ filij ve niunt tanꝗ̄ extranei principalr ad ac cusandum dictos testes tanꝗ̄ falsa- rios vel querelandū de eis. ⁊ sine du- bio debent audiri. qꝛ istud est crimen publicum vt probat in toto ti. ff. ad. l. corneliam de falsis coniuncto ti. de pu bli. iudici. §. Item lex cornelia. ⁊ sic q̄- libet potest accusare vt insti. de publi cis iudicijs in pñc. qꝛ in hoc casu agit principalr de puniēdo testes falsos. ¶ Nec debemus dicere ꝙ ꝓpter con- tumaciā si qua est ꝯdemnati tollat fa cultas puniendi delinquentes qꝛ hoc esset iniquum ꝯ dictā. l. ita vulnerat⁹ ff. ad. l. aql. ⁊ ꝯ dictū. c. vt fame. de sen. excō. ⁊ ꝯ. l. preses. ff. de officio presidis cū simi. ¶ Cōcludo itaqꝫ ex ꝑdictis ꝙ dicti vxor ⁊ filij pñt venireqꝫ debebant audiri his duobus modis vltimis et nō alijs de q̇bus. s̄. Nec huic decisio- ni obstat ꝙ potestas condēnatus fuge rit de carcerib⁹ vel fuerit inobediens in veniēdo ad mādatū magnificorum dñorum aduocatorū. qꝛ hic nō agit de illa inobedientia ⁊ bāno. nec ēt de di- cta fuga. sed solū principalr vt iudi- ces inquirāt de maleficio testiū q̇ fal so dicunt deposuisse. vel iudices con- demnent testes accusatos de falso qđ fieri pōt per supradicta.

¶ Quando testes dicūt nō audiuisse q̄ scripta sunt in instrumento ⁊ si fuissēt dicta audiuissent. An notarius dicat falsarius ⁊ possit puniri.

Consi. xxi.



IN christi no- mine. ac inuocata spūssan cti gratia. Ego Bartho- lomeus Cepola de Vero na iuris vtriusqꝫ doctor req̄situs vt cō sulere debeā sup quadā snīa lata i cā falsitatis ꝑ magnificū dñm potestatē Tridenti ꝯ egregiū virū Odoricum a sale filium nobilis viri dñi Leonardi a sale honorabilis ciuis Tridenti. Utrum videlicet dictus Odoricus falsum commiserit. ita quod falso con demnari potuerit sicut per dictum do minum potestatem condemnatus est? Uisa prius inquisitione contra ip- sum Odoricum formata: ac senten- tia contra eum lata. Et visis dictis testium examinatorum tam ante in- quisitionem formatam quam post. et

inspectis oībus scripturis ⁊ actis factis in dicta cā. ⁊ oīb⁹ diligēter ꝯsideratis ꝓ dilucidāda veritate tria ī ꝑmis examinare cōstitui. ¶ Primū est si dict⁹ Odoric⁹ scripsit aliter ꝙ̄ ꝑ partes dictū fuerit. ¶ Scōm posito ꝙ sic an ꝑpter hoc dicat̄ scripsisse aliter ꝙ̄ partes voluerint. ¶ Tertiū ⁊ vltimū si scripsit aliter ꝙ̄ partes dixerūt ⁊ voluerūt. an ꝑpter hoc dici debeat ipm falsum cōmisisse. ¶ Circa pmū videtur prima facie dicēdū ꝙ dict⁹ Odoricus scripserit aliter quā dictū fuerit ꝑ partes in trib⁹. ¶ Primo inquantum scripsit ꝙ Jacob⁹ hebre⁹ fuit elect⁹ de partiū volūtate ad vidēdū si qdam liber erat autētic⁹. ¶ Scdo qꝛ scripsit q̄dā Lazar⁹ hebre⁹ satisfaciēdo termino suo ⁊ pro subleuādo dictū dominū Leonardū patrē dicti Odorici a fide iussiōe per eū facta p̄sentauit ser Ramēgū de roueredo q̄ fideiussit in ducatis.xxv. Et omisit illa verba. vcꝫ ꝙ pater suus remaneret obligat⁹. ⁊ addidit alia supra scripta. vcꝫ pro subleuādo dictū ei⁹ patrē. ¶ Tertio qꝛ dū ipse Odori. dixisset noīe dicti Lazari corā dn̄o ptāte tridēti q̄liter ipse Lazarus nō cōsentiebat alicui ꝑductioni facienti ꝯ ipsum Lazarū petēs copiā scripsit ipse Odoric⁹ qualiter ipse Lazar⁹ fuit ille q̄ vsus fuit p̄dictis verbis ꝑlatis per ipsum Odoricū. Nam vr̄ ꝙ ꝓbatū fuerit ꝑ tres testes examinatos ante inq̄sitionē formatā. ¶ Primus est anto. notis. fili⁹ dn̄i melchioris de facinis q̄ dicit non audiuisse a partib⁹ p̄dictis seu aliqua eaꝝ ꝙ per ipsas partes fuerit iniunctū p̄dicto Jacobo vt videret si dict⁹ liber eēt autentic⁹ nec ne ⁊ qd̄ partes p̄dicte non potuissent eligere dictū Ja. ad videndum si dict⁹ liber erat autētic⁹. Qui ipse testis audiuisset qꝛ p̄sens fuit cōtinuo a principio vsq̄ ad finē q̄ testis lꝫ deponat negatiue. tn̄ vr̄ ꝯcludere ⁊ ꝓbare. vt est glo. notabilis in auf. de here. ⁊ fal. in. §. si. vero absunt in verbo. ⁊ vidisse q̄ incipit no. testimoniū in fi. et est alia gl. sītis in. l. j. in. §. j. in glo. magna in fi. ff. de itinere actuq̄ p̄ua. ⁊ no. per Bal. in. l. j. C. de bo. pos. s̄m tab. et per Cy. ⁊ doc. in. l. ij. C. de errore aduoca. ⁊ hr̄ ꝑ canonistas in. c. bone memorie Magūtino extra de elect. ¶ Scds testis est Joānin⁹ notari⁹ de lasino ciuis tridēti q̄ stīr dt̄ ꝙ nō audiuit ꝙ dictus Jacob⁹ fuerit elect⁹ de voluntate partium ad vidēdū si dict⁹ liber erat autētic⁹ ⁊ qꝛ semꝑ p̄sens fuit a principio quādo fuit dictus Jacob⁹ electus vsq̄ quo fuit data sibi commissio. ⁊ exiuit studiū. Et iuit ad vidēdum dictuꝫ librū. ¶ Tertius testis est. Egregius iuris peritus dn̄s Aprain⁹ ciuis tridēti q̄ similiter dicit ꝙ fuit p̄sens qn̄ dictus Jacob⁹ fuit elect⁹ ⁊ nō audiuit ꝙ fuerit elect⁹ per partes ad vidēdum si dictus liber erat autēticus. Itē hoc vr̄ etiā ꝓbari ex scriptura ꝓthocolli ipsius Odorici. q̄ ī hoc discrepat ab alia scriptura que dicit̄ falsa. qm̄ in dicto ꝓthocollo nō cōtinetur dicta vba. videlicet ꝙ dict⁹ Jacob⁹ fuerit electus de volūtate partiū ad vidēdū si dict⁹ liber erat autēticus cui prothocollo regulariter stādū est. quādo discrepāt a scriptura seu instrō inde releuato seu releuata vt est glo. no tab. in auf. de tabel. in. §. illud in verbo ꝓthocollū col. la. iiij. ⁊ idem not. Bald. ⁊ Bart. in. l. sempronius. ff. de leg. ij. ⁊ in. l. si librarius. ff. de re. iu. ⁊ in. l. si quis ex arg. §. pretor autem circa prin. ff. de eden. ⁊ Bal. in. l. nostrā in. iij. q. C. de testa. Item qꝛ alr̄ scriptū reperit̄ per Andreā notariū collegā dicti Odorici ꝙ̄ per ipsum Odoricū scriptū fuerit in sua scriptura scripta post ipsum prothocollum. ¶ Itē ex eo ꝙ assertus ꝓcurator dicti Odorici ⁊ eius pater. renūciauerūt cuidam priuilegio fori ⁊ dixerūt corā dicto dn̄o ptāte tridēti ꝙ considerantes de ipso dn̄o ptāte qui sibi Odorico faciat misericordiā volūt ⁊ cōtēti ꝑmanentꝙ ipse dn̄s ptās sit iudex in dicta causa cōtra ipsum Odoricū inquisitū. vr̄ ꝙ dict⁹ Odoric⁹ falsum cōmiserit. qꝛ petēdo misericordiā vr̄ fateri ꝑma facie se deliquisse. qꝛ misericordia non debet fieri nō delinqueri. Et ideo dixit dn̄s Gaspar. de calderinis in rep.

titiōe capituli nostra postulasti de penitē.ꝛ remis.ꝙ op⁹ misericordie ē peccanti peccata dimittere facit.l.quoniā de his q̄ no.infa.vbi dꝛ ꝙ qui paciscit de crimine cōfiteri videt. ¶ Itē adsunt tres alij testes examinati post inquisitionem formatā.ex quoꝝ attestationibus.videt multū presumēdū cōtra dictū Odoricū qm̄ vnus dicit videlicet magister Barthola. barbitonsor.ꝙ dū dict⁹ Odoric⁹ loqueret cū Salamo.hebreo ipse Odoric⁹ dixit ꝙ dictū Sala.nūq̄ꝫ vinceret litē suā ꝛ ꝙ librum ꝓduxerit Salomō ꝛ scripturas. ꝛ ꝙ ipse Salamō deberet cū illis scripturis se tergere annū. ¶ Ali⁹ testis videlicet Enofrius aromatari⁹ dixit ꝙ dict⁹ Odoric⁹ dixit Lazar⁹ hebre⁹ vincet questionē ꝛ Isach succūbet.qꝛ omnino sciebat ꝙ dict⁹ Lazarus vinceret dictā qōnē. ¶ Terti⁹ testis.s.Federicus de paho qui plus dicit ꝙ Odoricus ꝓtulit ista verba versus Salamo. vꝫ ꝙ ipse Salamō nō posset ip̄aꝫ causam obtinere.ꝛ ꝙ ipse Salamō vellet donare sibi Odorico vnā diploidē veluti facere ita ꝙ ipse Salamō obtineret dictā litē.Ex quib⁹ verbis videt ꝙ possit presumi falsitas.ar.l.falsi pena ff.de falsis cōiūcta glo.in.l.j.in p̄nc.in verbo ad cationū eo.ti.Et p̄dicti tres testes vltimi⁹ deponūt etiā ꝙ ex v̄bis dicti Odorici eis videbat ꝙ dict⁹ odoric⁹ esset valde affect⁹ in dicta cā pro parte dicti Lazari hebrei. ꝓpter qd̄ reddit suspect⁹.ar.eoꝝ que habentur in.c.insinuāte extra de offi.dele. ¶ Itē ꝓpter cōtumaciā dicti Odorici videt etiā presumēdū cōtra eū qꝛ contumax nō p̄sumit iustā causā habere vt.l.:sancimus ibi mala cōsciētia fuerunt ꝛ ibi hoc notat Bal.ꝛ doc.C.de iudi.Et ꝓpterea solet vulgo dici qd̄ cōtra cōtumaciam oīa iura clamāt.ꝛ ex istis videt ꝙ dict⁹ Odoric⁹ super prima falsitate sibi opposita alr̄ scripserit q̄ꝫ per partes scriptū fuerit. ¶ Super secundo in quo dicit scripsisse dict⁹ Odoricus ꝙ quidā Lazar⁹ hebre⁹ pro subleuādo dn̄m Leonardū a fideiussiōe ꝑ eū facta p̄sentauit ser Raniēgū de rouercdo q̄ fideiussit in ducatis. xxv.ꝛc. Deposuit vnus,tm̄ testis vꝫ Iiob. vir Christofor⁹ fili⁹ quon.dn̄i Antonij de molueno q̄ dicit ꝙ dn̄s p̄tās iterrogauit q̄liter fuit facta relatio dicto Odorico.ꝛ respōdit.ꝙ fuit facta in oībus ꝛ per oīa prout Andreas not.collega dicti Odorici scripsit q̄ Odoric⁹ audiēs ꝛ itelligēs vsus fuit istis verbis ele cussi.Et in dicto actu Andree reperit eē scriptū aliter vꝫ remanēte tn̄ firma fideiussiōe facta ꝑ dictū Leonarduꝫ q̄ verba fuerūt omissa ꝑ dictū Odoricū. ¶ Sup tertio dū dꝛ ꝙ Odoric⁹ scripsit ꝙ Lazar⁹ nō cōsentiebat cuidā ꝓductiōi ꝯ ip̄ꝫ facte ꝛ ꝙ in v̄itate,illa verba nō fuerūt ꝓlata ꝑ ip̄m Lazaꝝ sꝫ ꝑ ip̄ꝫ Odoricū.Sunt examinati duo testes q̄ hoc vident deponere.vꝫ Stephan⁹ notari⁹ ꝛ Nicola⁹ bonadomani q̄ vident hoc ꝓbare. ¶ Ex qb⁹ oib⁹ v̄r fuisse ꝓbatū ꝙ dict⁹ Odoric⁹ scripserit in trib⁹ supradictis aliter q̄ꝫ dcm̄ fuerit. ¶ Sed his nō obstātibus teneo ꝙ nō sit sufficiēter ꝓbatū qd̄ dict⁹ Odoricus scripserit aliter q̄ꝫ sibi dictum fuerit quantū ad hoc vt potuerit de falso cōdēnari.ꝛ ꝓ fundamēto p̄mitto ꝙ in cā criminali falsitatis sicut est ista de qua querit nō pōt q̄s cōdēnari ex presumptiōib⁹.vt.l.absentē in princ.ꝛ ibi hoc notat gl.ff.de penis q̄ allegat ad hoc iura . Sed requirunt ꝓbationes idonee ꝛ clare.vt.l.fi.C.de ꝓbatio.ꝛ.l. qui sniam.C.de penis cū silib⁹. ¶ Hoc p̄supposito dico ꝙ in casu nostro cum tractet de crimine falsi.ꝛ dubitatur,an dictus Odoric⁹ aliter scripserit q̄ꝫ dictum fuerit ad finem puniendi ipsum de falso non sufficiunt presumptiones sed requiruntur vere ꝛ legitime ꝓbationes que non interuenerunt . si omnia bene consideretur.Et ꝙ hoc sit verum patet sequendo,ordinem de quo supra. ¶ Et primo super asserta falsitate prima ꝙ non sit probatum ꝙ scriptum fuerit per Odoricuꝫ aliter q̄ꝫ dictum fuerit . Nam primus testis. vꝫ Andreas notarius fili⁹ domini Melchioris de facinis qui clare videt deponere cōtra ipsum Odoricū nō ꝓbat

tum q: est vnicus ꝛ singularis. vt.l.iu risiu .C.de test.ꝛ.c.cū dilecti in'fi.ď ele ctio:cū si.tū ēt q: nō est testis omni ex ceptiōe maior ex eo ꝙ est frater vtrins ꝙ cōiunct⁹ Andree notarij collegę di cti Odorici cui⁹ Andree iterest ratiōe dicte varietatis.q: Andr. dr̄ scripsisse vno mō.ꝛ Odoric⁹ alio . q: lȝ dubitet an frater admittat ad testificādū pro fratre in cā criminali.vt hr̄ p Spe.in ti.de teste.§.j.versi.sed nūquid frater admittat ꝯ fratrē q̄ tȝ ꝙ nō Et p glo.i l.parētes.ff.ď test.q̄ sil'r tȝ ꝙ̄ qñ sūt i eiusdē ptāte.ꝛ p Barro.in.l.q̄ testō.§. q̄cūꝙ.ff.de testa.ꝛ p Ant.de but. in.c. cū oportet de accusa.ꝛ per docto.in.c. cū.R.canonic⁹.extra de offi.deleg.qui tenēt ꝙ nō.¶ Tamē negari⁹ nō pōt ꝙ lȝ posset examinari tñ non est oī exce ptiōe maior.q: tāta fides nō est adhi bēda.q̄ta adhiberet alteri vt no. do- cto.in dictis iurib⁹. ¶ Nec ob.ꝙ dici posset ꝙ imo est oī exceptiōe maior.ꝛ plena fides est ei adhibēda.Er q̄ fuit script⁹ p dictū Odoricū ꝑ teste in di- cto actu.p gl.notabilē in auf.de testi. in.§.ꝛ lȝ q̄ incipit.inuit q̄ vult ꝙ ēt nō sit fide dign⁹ ex quo rogat⁹ est ei credi tur.facit ēt ad hoc glo.in.l.inuiti.ff. de testi.ꝛ ita tȝ Bal.in.l.parētes.C.de testi.ꝛ in.l.ad testiū.§.j.ff.de testamē- tis.¶ Q: rñdet ꝙ illud ꝓcedit qñ fuit rogat⁹ a cōtrahentib⁹ vel a testatore. secus si fuit adhibit⁹ p notariū ꝛ age ret de falsitate scripture q̄ posset eē cō missa vel p notariū q̄ eū adhibuit i te stem vel p collegā suum q̄ sit frater te stis q: tūc nō vr̄ ipm approbasse.q: nō est verisimile qđ notarius q̄ adhibuit eū in testē voluerit approbare ipsum pro fide digno ꝯ seipsum in cā falsita tis ꝑ fratre ipsi⁹ testis nec videtur re- nunciasse iuri opponendi contra per- sonā testis pro causa criminali.de qua ipse notari⁹ non cogitauit.quia actus agentiū dñt non opari vltra intentio nem eorum.l.non omnis in princi.ff.si cer.peta.¶ Nec videtur renūciasse iu ri qđ ignorabat sibi cōpetere.l.matri. ff.de inoffi.test.¶ Et propterea nō po test dici fuisse probatum, aliquid ido-

nec Odoricum scripsisse aliud quā di ctum fuerit.Alij duo testes examinati super dicta prima asserta falsitate nō probant aliquo modo ꝙ dictus Odo- ricus scripserit aliter quā dictū fue- rit.q: cum ista sit negatiua.ꝛ sint iter- rogati si potuissent partes eligere di- ctum Ja.super hoc si liber erat auten ticus nec ne.ꝛ ipsi hoc nescirent vnus vȝ Joanninus not.de lasino dicit qđ nescit.alter vero scilicet domin⁹ Ape- ninus dicit quod posset hoc esse q: nō fuit presens quando dictus Jacob.ac cessit ad locū vbi aderant partes p̄e dicte sequitur quod nō probant.vt ha betur per glo.in auf.de heredibus et falci.§.si vero absunt .ꝛ in.l.j.§.j.ff.de itinere actuꝙ priua.ꝛ in iuribus supra ad hoc allegatis.¶ Et licet aliter scri ptum fuerit in scriptura que dr̄ fuisse ꝓthocollū ipsius Odorici q: in ea nō cōtinentur dicta verba.vȝ qđ dictus Jac.fuerit electus devolūtate partiū tamen hoc non nocet q: illa p̄ma scri- ptura nō fuit vnq̄ perfecta nec habi- ta pro cōpleta Odoricū qđ ponit quia multa fuerūt dicta que nō potuit di- ctus Odoricus quando cā scripsit im mediate comprehendere nec in dicta cedula scribere.ꝛ ideo postea quando fuit domi diligentius cogitando om- nia que dicta ꝛ acta fuerant partes et de earum voluntate.ꝛ illam scripturā reputauit ꝛ reputat Odoricus sicut est in veritate originale ꝛ prothocollum suum ex quo dicta cedula p̄ima non ꝯtinebat perfecte illud ꝙ actū fuerat qm̄ multa fuerūt dicta tā p ptes quā per.d.potestatem que non continētur in dicta prima cedula.sicut etiam ap- parere pōt ex actis dicti Andree de facinis ipsius Odorici sequitur ꝙ illa prima cedula non fuit verum protho collum ipsius Odorici.per.l.si is.cum ibi no.ff.ď test.ꝛ p.l.iiij.§.ꝯdēnatū.cū ibi no. ff.ď re iu.ꝛ p ꝯñs ea cedula q̄ dr̄ variari ab act; And.ꝓd i fuit ꝛ ē vex ꝓthocollūi psi⁹ Odo.ꝛ sic cessat argu. dū dr̄ ꝙ quando scriptura differt a ꝓ thocollo standum est ꝓthocollo.q: ve ꝓthocollū dicti odo.nō fuit nec ē dcā

prima cedula imperfecta. sed tātū fa. Item lз aliter scriptū ēt reperiat per Andream notariū collegam suū tamē per hoc nō seqtur q̄ odoricus scripserit aliter q̄ꝫ dictū fuerit. qꝛ ita ecōuerso potuisset ipse andreas aliter scripsisse q̄ꝫ dictū fuerit ꝛ odoricus non. Et maxime cuꝫ ipse Andreas sit fili⁹ dñi melchioris qui nedum erat ꝓcurator Isach. pro q̄ scribebat ipse Andreas sз ēt dict⁹ dñs melchior ei⁹ pr̄ dictabat sibi acta vt fatet dict⁹ andre. ꝛ dictus dñs melchior vt apparet in actis huis ꝓcessus. Et sic vr̄ quodammodo fuisse ꝓcuratoꝛ ꝛ notarius in cā qđ esse nō dз ex quo resultat maior p̄sūptio ꝯ ipsum andream q̄ꝫ ꝯ ipsum odoricū ꝛ maxie qꝛ ipse Andreas est iunior et nō expert⁹ in scribendo acta. vt patet qꝛ collegiū notarioꝛū mandauit sibi q̄ acta de q̄bus erat rogat⁹ ostēderet pr̄i suo vt ea corrigeret adderet ꝛ admmueret prout inter partes actū itellexerit. ꝛ ipse odoric⁹ est etate maior. ꝛ p plures annos exercuit artē notarie. et ideo potius p̄sumitur esse erratum p Andream q̄ꝫ per odoricū qꝛ in dubio seniori magis credēdū est. vt est gl. ꝛ ibi no. in l. cū qđ. ff. si cer. pet. ꝛ est glo. in c. lз quadā ex͂ de testib⁹. ꝛ poti⁹ credendu est peritiorib⁹ ꝛ magis expertis in arte sua ꝛ qui longiori tpe ipsaꝫ exercuit per textum in auten. de iudicibus. §. i. Ibi experimētis cārum multarūꝫ aut plurimi tpis exercitio ꝛc. colum. vi. ꝛ. lxi. distin. c. miramur facit capitulūꝫ cum in magistrum. ꝛ q̄ ibi no. ex͂ de elec. Item qꝛ ipse odoric⁹ est valde ditior dicto Andrea arg. l. iij. in pn̄. ff. de testibus. Unde pp̄ scripturam dicti Andree non est ꝓbatum q̄ odoric⁹ male scripserit. ¶ Item non est etiam probatū ex eo q̄ pater dicti odorici et dominus Ludouic⁹ grineus tanq̄ꝫ ꝓcurator dicti odorici dixerunt domino potestati tridenti q̄ considerantes de ipso dño potestate q̄ sibi odorico. faciat misericordiam ꝛc. qꝛ dict⁹ pr̄ odorici ꝛ ei⁹ assert⁹ ꝓcurator nō potuerūt illa verba proferre in preiudiciū dicti odorici. quia non erant sui procuratores nec habebant in dicta cā aliq̄đ mandatū vt habet in. l. lз. C. de procu. Nec dictus odoricus illū actū ratum habuit. Immo postq̄ꝫ sciuit exp̄sse dissensit ꝛ reuocauit vt mihi asserit in facto. Et ideo sibi non nocet. Immo pl⁹ ēt si fuissent ꝓcuratores in dicta cā tn̄ per dicta verba non potuissent dicto Odorico p̄iudicare. qꝛ cōfessio exp̄ssa vel tacita ꝛ q̄libet aliusactus q̄ fit per ꝓcuratorē per modū voluntarie iurisdictionis nō p̄iudicant dño vt. l. certū. §. sed an ipsos. ff. de ꝯfessis vt not. Cy. in. l. i. in. xiiij. q. ante fi. C. de ꝯfessis. et Bar. ꝛ doc. in. d. §. sed an ipsos. Sз dicta verba in casu quo haberent vim cu iusdam tacite ꝯfessionis sunt prolata per modum voluntarie iurisdictionis qꝛ nemo cogebat eos ad illa verba ꝓferenda ergo dño non preiudicāt.

¶ Sed plus dico qđ illa verba considerantes de ipso dño potestate q̄ misericordiaꝫ faciet. nō ꝓbant tacitaꝫ cōfessionem delicti qꝛ intelligunt q̄ faciat misericordiā inquātum ipse odoricus deliquisset. ꝛ p hoc allego glos. notabilem in. c. exhibita in verbo veniam postulauit extra de homicidijs q̄ dicit q̄ ille q̄ veniā postulat. nō vr̄ ꝑpter hoc esse culpabilis. qꝛ hoc dз fecisse ex benignitate ꝛ humilitate. ꝛ idē tenet p illaꝫ glo. q̄ꝫ dicit esse singularē Ludo. de ro. in. l. i. in princi. ff. de noui ope. nun. ꝛ allegat rōnes qꝛ ꝓbatiōes debent esse luce clariores. l. sciant. C. de ꝓba. ꝛ petitio venie pōt esse gr̄a hūanitatis ꝛ hūmilitatis vt dixi. ¶ Itē p hoc facit. d. l. i. in pn̄. ꝛ qđ ibi no. Ja. de are. ꝛ Bart. ꝛ docto. q̄ dicunt per illum tex. q̄ si aliq̄s cōfitetur se absolutū ab excōicatione q̄ ꝑpter hoc nō vr̄ ꝯfiteri se excōicatū ar. d. l. i. q̄uult q̄ fit fmissio lз q̄s nō haberet ius nūtiādi. facit ēt ad idē qđ habet per doc. in. l. decem ff. de ỽ. ob. ¶ Nec ob. qđ dixi qui paciscit de crie ꝛc. Qꝛ illa ỽba nō hñt vi pacti super crie vt pз ex p̄dictis. ¶ Itē tres alij testes post inquisitionem formatā examinati nō ꝓbant q̄ Odoric⁹ scripserit aliter q̄ꝫ dcm̄ sit ꝛ maxie magister Bartholamus barbitonsor qui

deponit q Lazarus nunq vincet qōnem rc. Quia ista vba non probāt q ipse Odoricus male scripserit. Quia odoricus potuit proferre illa vba nō ex eo qd viciasset scripturas. sz ex eo qd intelligebat vel intelligere credebat quis soueret iustam cām Et ideo cum illa vba potuerunt esse plata ita ex bona cā sicut ex mala: sz nō debem⁹ in dubio interpretari mala. r maxime ad finem vt dicatur deliquisse. vt. l. merito. ff. p socio cum similib⁹. ¶ Itē etiam depositio tertij testis. vcz Federici de pahu non nocet duz dicit qd ipse Odoricus dixit Salamoni q si vellet sibi donare vnā diplodez veluti q faceret ipm. Salamonem obtinere dictam cām. qz ipse est vnicus: r singularis in hoc dcō. Et ideo non probat. l. iurisiurandi. C. de testi. r in. c. cū. a nobis extra eo. ti. cum si. ¶ Item etiaz est suspectus qz est fideiussor dicti Isach cui non creditur. vt habetur per Anto. de bu. in. c. super eo. extra de testi. etiā Jo. an. in addi. Spe. in ti. de teste. §. j. v. sed nunquid fideiussor. r hr in. l. si cui. §. fi. ff. de leg. j. ¶ Item pp 9tumaciam ipsius Odorici casu quo fuisset cōtumax non debemus dicere q ipse falsum commiserit. qz lz 9tumacia inducat aliqualē psumptionē 9 9tumacem. tn̄ non sufficit ad probandu3 delictum. qz de iure cōi 9tumax in criminalibus non habetur pro 9fesso. vt no. Bar. in. l. absentē in prin. ff. de penis. r Bal. in. l. j. C. de pena iudi. q male iud. q dicit q 9tumacia nō habet p pbatione. ¶ Et ex istis 9cludit q non est sufficiēter pbatū q dictus Odoric⁹ in prima asserta falsitate scripserit. alit q dem fuerit. nec in dubio stante bōa fama ipsius Odorici q nūq similia cōmisit psumit q male scripserit arg. l. qui semisses. §. fi. ff. de vsur. r. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. cum similibus. ¶ Similiter super secūda asserta falsitate non est probatum cōtra dictū odoricū nisi per vnū testē idem videlicet Christoforum de molueno qui dicit q fuit facta relatio ipsi odorico prout in actis Andree notarij cōtinetur cui testi nō est fides adhibenda qz est vnicus r singularis vt. l. iurisiurandi. C. de testibus cū simi. nec pōt dici q aliter scripserit q dictū fuerit qz nō erat presens qn̄ ille act⁹ fideiussionis fuit celebratus in sui absentia. sed solū scripsit qd sibi per Andream pdictum relatū fuit. qd aūt Andreas sibi retulerit put in actis 9tinet nō est sufficiēter pbatum. vt pz ex pdictis. 9 rc. ¶ Super tertio asserta falsitate nō est pbatum aliqd 9 odoricū pdictum qz lz duo testes deponāt qd illa verba qd Lazarus non 9sentiebat fuerunt plata per ipsum Odoricuz tn̄ propter hoc nō vr̄ falsuz scripsisse. qz ex quo dicta verba fuerūt per ipsum plata presente Lazaro r nō 9dicēte videtur ipse Lazarus 9sentire. r velle id qd in dicta rn̄sione dixerat vt. l. j. cum ibi not. per Bar. r doc. C. de rela. ¶ Et iō Odoricus potuit scribere qd dictus Lazarus non 9sentiebat dicte productioni. Et sic apparet q ēt in alijs duabus assertis falsitatibus non scripsit aliter q dictum fuerit. ¶ Circa sm dubium videlz posito qd sit pbatum qd dict⁹ Odoricus scripserit aliter q dictuz sit per partes an ppter hoc videat scripsisse aliter q partes voluerint. Et vr̄ prima facie dicendu3 qd sic qz partes in dubio videnf voluisse illud qd dixerunt vt. l. labeo. §. Idē tubero. ff. d sup pellecti. legata. Et iō si aliter scriptuz reperit. vr̄ scriptū aliter q partes voluerint. Ego tn̄ puto 9riū esse verius d iure. Et p intelligentia p̄te falsitatis obiecte pmitto qd dictus Ja. hebreus fuit electus de voluntate partiū sine dubio ad videndum duo. ¶ Primum si in libro producto erant poste facientes pro Lazaro. ¶ Scdm si dictus liber erat ordinatus in diebus r millesimis. Et in hoc 9cordant acta r scripture odorici r And. notariorum. ¶ Item fuit cōmissum dicto Ja. qd deberet videre si dictus liber pductus erat autēticus necne. r in hoc ēt 9ueniūt acta vtriusqz notarij. Sz i hoc tm̄ videt discrepare dicta acta. qz in actis Andree dr qd dn̄s ptās dixit dicto Ja. q deberet

videre

videre si dictus liber erat autēticus ⁊ in actis odorici dz qḋ de ptiū volūtate fuit vocatus vt videret si dict⁹ liber erat autēticus. Que varietas lʒ videatur esse in ℣bis tñ q̄ntum ad sensū nulla est varietas. sed idē dicunt: qz ex q̄ dñs potestas dixit dicta ℣ba Jacob. vt videret si ille liber erat autenticus nec ne ptibus pñtibus ⁊ non ɔ̄dicentibus ipse ptes videnť ɔsensisse. vt. l. j. cū ibi no. C. ð relatio. Et silr dz de eoꝝ volūtate cōmissum. Et ꝑpea illa acta vt dixi nō ɔ̄dicūt adinuicē. qz dū in actis odorici dz ꝙ Jaco. de volūtate ptium fuit electus ad videndū si liber erat autēticus ⁊c. Intelligiť de voluntate tacita. Ex quo ipse ptes nō ɔ̄dixerunt vt dixi. Et sic non ɔ̄dicit isto mō intelligendo scripture Andree notarij. imo cū ea ɔcordat lʒ quo ad sonum verboꝝ variare videnť. vt in. c. nihil ob. cū ibi no. eẋ de ℣. sig. Et ꝙ isto mō dcā ℣ba odorici ita debent itelligi nā videať discrepare ab actis odorici college sui ⁊ ne ipse odoricus in falsū incidat ꝓbať ꝑ gl. no. in. l. iurisgentiū §. qḋ fere. ff. de pac. q̄ allegať ꝙ scriptura nunq̄ ꝑsumitur falsa. si pōt esse vera qz aliquo mō iuuari possit. qz nō dz falsum. qḋ aliquo mō iuuari pōt. vt no. in. c. si forte de ele. li. vj. Etꝫ hoc facit optime tex. ⁊ qḋ ibi no. bar. ⁊ doc. in. l. j. in prin. ff. de noui operis nūtia. vbi dicunt ꝙ ℣ba testis debent ita intelligi. vt non incidat in falsum. ⁊ ibi Albe. de rosa. producit plura, exēpla. ⁊ hꝛ ꝑ Bar. ⁊ doc. in. l. ij. §. creditum. ff. si cer. pe. Et i. l. insula. §. j. ff. so. ma. ⁊ per canonistas i. c. cum tu. eẋ de testi. ⁊ in c. cum contingat de offi. deleg. cum similib⁹. Et ideo cum in casu nostro agatur de crie falsi. ⁊ ꝓbatio debeat de necessitate concludere. vt dicit Bal. i d. l. iu. gentiū. §. qḋ fere. ff. de pac. ꝑ gl. que est ibi. ⁊ no. per doc. in. l. nec exem plū. C. de fal. sequiť qḋ dict⁹ Odoric⁹ nō dʒ dici falsum scripsisse. ⁊ sic aliť q̄ ptes senserint ex quo dicta ℣ba sui actus vcʒ qḋ Jacobus fuit electus de voluntate partium ad vidēdum si liber erat autētic⁹ pñt saluari qḋ intelligā tur de volūtate partiū. s. tacita. Et sic de necessitate nō ɔcluditur qḋ falsum scripserit maxime cū tacitū ⁊ expssum regi'r equipentur. vt. l. cuʒ qd. ff. si cer. pe. Et pro hoc allego tex. cū gl. in ℣bo expssuʒ in. l. ꝓtor. §. j. ff. de noui ope. nū. vbi habeť qḋ exprimitur. sed tacite cōprehendiť. ⁊ ibi hoc etiam no. Bar. Et habetur per eundem in. l. j. ij. col. ff. de vulg. ⁊ pupil. ¶ Nec ṗdictis obstant d. trium testium examinatoꝝ añ inq̄sitionem formatā q̄ dicuntur dixisse ɔ̄rium. qz si bñ ɔsideremur nullo modo ɔ̄dicunt. Nā prim⁹ vcʒ Antonius notari⁹ de facinis dicit ꝙ nō audiuit a ꝑtibus ṗdictis seu aliqua eaꝝ qḋ per ipsas ptes fuerit inunctū ṗdicto Jaco. vt videreť si dict⁹ liber erat autenticus necne. ⁊ verū dicit ꝑsuppouēdo qḋ illa iniunctio fuerit facta ꝑ. d. ptātem. Sed non ɔ̄dicit actui odorici in quo dz qḋ fuit elect⁹ de voluntate partium. qz pōt eē qḋ ptes in hoc nihil dixerint ⁊ tñ fuerit de volūtate eaꝝ. s. tacita. Ex quo ptes fuerunt i iudicio ⁊ non ɔ̄dixerunt ꝑ no. in. l. j. C. de relatio. cum similibus. ¶ Et eodē mō rñdetur ad id qḋ postea idem testis dicit interrogatus si ptes ṗdicte potuissent eligere dcm̄ Jaco. ēt ad vidēdum si dictus liber erat autenticus. q̄n ipse testis non vidisset. qui respondit qḋ non qz interrogatio sibi fcā ⁊ respōsio sua intelligi dʒ qḋ partes non elegerunt dictum Jaco. expsse ex eo qz ipse partes verba non ꝓtulerunt nō tñ negat ipse testis q̄n dict⁹ Jac. fuerit electus de voluntate partium. s. tacita ⁊ ꝙ ℣ba fuerint ꝓlata ꝑ dñm ptātem sicut in actis Andree notarij college dicti Odorici ɔtineť. ¶ Eodē mō ēt rñdeť ad dictū Joānini notarij de lasino q̄ dicit non audiuisse quod de partiuꝫ voluntate fuerit electus. qz debet itelligi non audiuisse. s. a partibus. ¶ Et ita etiam respondetur ad dictum. d. apruini iurisperiti qui interrogatus an predictus Jaco. fuerit electus ad videndum. ⁊c. Qui respōdit nihil scire nec recordari se audiuisse aliq̄ de ṗdictis q̄m dʒ itelligi iterrogatio ⁊ rñsio

qđ nō audiuit ꝑtes dicētes qđ eligebāt
dictū Jaco. ad videndū. ⁊c. Nō tamē
negāt qđ nō fuerit elect⁹ de ꝑtiū volū
tate tacita. vt. ś. dictū est. ¶ Et ex istis
ꝯcludo circa primā falsitatē obiectaȝ
odorico. qđ dictus odo. in effectu scri=
psit illđ qđ ꝑtes voluerīt nec đr falsū cō
misisse. ¶ Circa secūdā falsitatē ob=
iectā ipsi odorico nō insisto q̄ non est
ꝓbata. vt supra dixi. Nam q̄n Lazar⁹
ꝓñtauit raniengū ꝓ fideiussore ipse o
doric⁹ nō erat pñs vt deponit xp̄ofor⁹
đ moluenō ⁊ illđ qđ scripsit: scripsit ex
relatione fcā ꝑ dictum andreaȝ nota=
riū collegam suū. Q̄uo aūt sibi retule
rit nō cōstat. nisi ꝑ dictū dicti xp̄o fori:
cui non est fide adhibenda. q̄ȝ vnicus
est vt supra dixi per. l. iurisiurandi. C.
de testibus. cum simi. ⁊ iō nō pōt dici
ꝙ al'r scripserit q̄̄ sibi dcm̄ fuerit ex q̄
nō est probatū. l. duo sunt titij. ff. de te
sta. tutel. ⁊ maxime in crie falsi de quo
agitur in probationes debēt esse clare
l. fi. C. de proba. ⁊ debēt de necessitate
cōcludere vt supra dixi per no. in. l. iu
risgentiū. §. quod fere. ff. de pac. ¶ Cir
ca tertiam falsitatem obiectam ipsi o
dorico ēt non est multum insistendum
q̄ȝ lȝ ipse odoricus ꝓtulerit dcā verba
vcȝ Lazarus non consentit ⁊c. tñ po=
tuit scribere qđ dictus Lazarus non
ꝯsentit hoc mō. vcȝ pñte Lazaro ⁊ nō
ꝯsentiente. q̄ȝ ex quo dictus Odoric⁹
protulit dcā verba noīe dci Lazari ip
so Lazaro pñte ⁊ non ꝯdicente vr̄ cō=
sensisse dicte prolatione verboꝝ ꝑ no.
in. d. l. j. C. de rela. ⁊ sic potuit Odoric⁹
scribere pñte Lazaro ⁊ non consentiē
te. q̄ȝ per hoc non descripsisse aliq̄d ꝯ
voluntatē ipsius Lazari sȝ poti⁹ secū
dū eius voluntatē. ¶ Circa tertium. ⁊
vltimū dubiū. vcȝ posito ꝙ dict⁹ Odo
ricus scripsisse al'r q̄̄ ꝑtes dixerunt et
voluerūt an ꝓꝑ hoc dici debeat ipȝ fal
suȝ ꝯmisisse. ita ꝙ de falso puniri po=
tuerit. ⁊ vr̄ ꝙ sic. q̄ȝ falsuȝ nihil aliud
est q̄̄ mutatio veritatis. vt in auť. de
fide instru. in pn̄. col. vj. ⁊ no. Azo. i sū
ma de falsis in pn̄. col. xxvij. ⁊ habetur
per Cy. ⁊ doc. in. l. nec exemplū. C. de
falsis. Sȝ si scripsit aliť q̄̄ dictū fuerit

⁊ q̄̄ ꝑtes voluerint mutauit veritateȝ
ergo falsum vr̄ ꝯmisisse. ¶ Tamen ꝯ=
rium veri⁹ est de iure. ⁊ ꝓ fundamēto
huius decisionis sciendū est ꝙ duob⁹
modis falsum pōt ꝯmitti. vno mō cuȝ
dolo alio mō sine dolo. vt no. per Cy.
⁊ doc. in. l. nec exēplū. C. de falsis. ⁊ ibi
in hoc no. per glo. q̄ dicit qđ falsum si
ne dolo nō ꝯmittiť. ⁊ ibi hoc ēt no. Cy.
⁊ doc. Sȝ dict⁹ odoricus casu quo scri
psisset aliter q̄̄ partes dixerint ⁊ volue
rint nō scripsit dolose. vt statim osten
dam. ergo non potuit nec pōt de falso
puniri. ¶ Quod aūt in dolo non fue=
rit sed potius per errorē ita scripserit
ꝓbari pōt multis modis. ¶ Et primo
q̄ȝ in dubio q̄n notarius scribit al'r q̄̄
